

MISSÆ PROPRIÆ

ORDINIS

CC. RR. PAUPERUM MATRIS DEI

SCHOLARUM PIARUM



Romæ

APUD CURIAM GENERALITIAM

1932

KALENDARIUM

JANUARIUS

19 In Ecclesiis Ordinis nostri consecratis. Dedicatio propriarum Ecclesiarum. Duplex 1 classis cum Oct. communi.

FEBRUARIUS

6 S. Dorotheæ Virg. et Mart. Duplex.

MARTIUS

20 B. Hippolyti Galantinii Conf. Duplex.

MAJUS

10 Ss. Alphii, Philadelphi, et Cyrini, Mm. Duplex.

12 Ss. Pancratii, Nerei, Achillei atque Domitillæ Virg. Mm. Duplex.

31 B. Mariæ Virg. Matris Dei Scholarum Piarum, Duplex 2 classis.

JULIUS

15 B. Pompilli Mariæ Pirrotti, Conf. Duplex.

27 S. Pantaleonis Mart. Duplex majus.

AUGUSTUS

9 Ss. Justi et Pastoris Mm. Duplex.

13 S. Cassiani Episc. et Mart. Duplex.

19 S. Tharsicij Acolythi, Mart. Duplex.

27 Solemnitas S. P. N. Josephi Calasanctii, Conf., Fundatoris Ordinis nostri, Duplex 1 classis cum Octava communi.

SEPTEMBER

12 Solemnitas Ss. Nominis B. M. V. Patronæ princip. Ordinis nostri, Duplex 1 classis cum Octava communi.

OCTOBER

9 B. Joannis Leonardi, Conf. Duplex.

30 S. Gerardi a Porta, Episc. et Conf. Duplex.

NOVEMBER

5 Sacrarium Reliquiarum, quæ in nostris Ecclesiis asservantur. Duplex majus.

27 Patrocinium S. P. N. Josephi Calasanctii, Conf. Duplex majus.

APPROBATIO

Concordat cum Originali approbato.

Romæ 27 Julii 1932.

JOSEPHUS DEL BUONO

a S. Phil. Ner.

Præpositus Generalis

IMPRIMATUR

Mechliniæ, die 6 Septembris 1932

J. JANSEN, VIC. GEN.

MISSÆ PROPRIÆ

ORDINIS SCHOLARUM PIARUM

FESTUM JANUARII

DIE 19 JANUARII
IN ECCLESIIS ORDINIS NOSTRI
CONSECRATIS

DEDICATIO PROPRIARUM ECCLESIARUM

Missa Terribilis, ut in Communi
Dedicationis Ecclesiae.

FESTA FEBRUARII

DIE 6 FEBRUARII

S. DOROTHEÆ VIRG. ET MART.
Missa Loquébar, de Communi
Virginum 1 loco cum Orationibus,
ut infra.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, in
cujus nómine, gloriósa Virgo et
Martyr Doróthea multórum génera
tormentórum superávit : Te supplí-
citer exorámus : ut ejus intervéntu,
cuncta pericula vincámus, ipsámque
in nostris necessitátibus célerem ad-
jutricem sentiámus. Per Dóminum
nostrum.

Et fit Commemoratio S Titi Ep.
et Conf.

Oratio

Deus, qui beátum Titum Confes-
sórem tuum atque Pontíficem
apóstolicis virtútibus decorásti : ejus
méritis et intercessióne concéde : ut
juste et pie vivéntes in hoc sǽculo,
ad cælestem pátriam pervenire me-
reámur. Per Dóminum.

In Quadragesima, fit Commemo-
ratio Feriæ.

Secreta

Súscipe, Dómine, múnera quæ in
beátæ Dorótheæ Virginis et
Mártiris tuæ, solemnitaté deféri-
mus : cujus nos confidimus patrocí-
nio liberári. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum.

Pro S. Tito Secreta

Sancti tui, quæsumus, Dómine,
nos ubique lætificent : ut dum
eórum mérita recólimus, patrocínia
sentiámus. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum.

In Quadragesima, fit Commemo-
ratio Feriæ.

Postcommunio

Auxiliéntur nobis, Dómine sumpta
mystéria : et intercedénte béa-
ta Doróthea, Vírgine et Mártire tua,
sempítérrna fáciant protectione gau-
dére. Per Dóminum.

Pro S. Tito Postcommunio

Præsta, quæsumus, omnípotens
Deus : ut, de percéptis muné-
ribus grátias exhibéntes, interce-
dénte beáto Tito, Confessóre tuo
atque Pontifice, beneficia potióra
sumámus. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum.

In Quadragesima, fit Commemo-
ratio Feriæ : et de ea legitur Evan-
gelium in fine, juxta Rubricas.

FESTUM MARTII

DIE 20 MARTII

B. HIPPOLYTI GALANTINII,

CONFESSORIS

Missa Os justi, de Communi Conf.
non Pont. 1 loco, cum Orationibus,
ut infra.

Oratio

eus, qui ad christiánam par-
vulórum et rúdium institutió-
nem beátum Hippólytum inter sæ-
culi curas singulári caritáte deco-
rásti : ipsíus méritis concéde ; nos
ópere implére quæ fide percépimus,
et ad promíssa fidélibus gáudia per-
venire. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Secreta

Sacra múnera, Dómine, quæ tibi
offérimus, eum nobis conferant
fe vórem caritátis, quo beátus Hip-
pólytus júgiter in tui famulátum fla-
grábat. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Postcommunio

ívina doctrína institútis, et cæ-
lésti mensa satiáti, spíritum
nobis, Dómine, tuæ dilectionis in-
funde : quo beátus Hippólytus corde
fervébat, et álios verbo et exémplo
stúduit inflammáre. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ : et de
ea legitur Evangelium in fine, juxta
Rubricas.

FESTA MAJI

DIE 10 MAJI

Ss. ALPHII, PHILADELPHI ET
CYRINI, Mm.

Introitus

Multæ tribulatiónes justórum
et de his ómnibus liberávit
eos Dóminus, allelúja : Dó-
minus custódit ómnia ossa eórum,
unum ex his non conterétur, allelúja,

allelúja. Ps. 33, 1 Benedíc Dómi-
num in omni tempore : semper laus
ejus in ore meo. ¶ Glória Patri.

Oratio

Deus qui nos concédis sanctórum
Mártyrum tuórum Alphii, Phi-
ladélfie et Cyríni natalítia cólere :
da nobis in ætérra beatitúdine de
eórum societáte gaudére. Per Dó-
minum.

Et fit Commemoratio S. Antonini,
Ep. et Conf.

Oratio

ancti Antoníni, Dómine, Confes-
sóris tui atque Pontíficis, mé-
ritis adjuvémur : ut sicut te in illo
mirábilem prædicámus ; ita in nos
misericórdem fuísse gloriémur. (Per
Dóminum).

Deinde Commemoratio Ss. Gor-
diani et Epimachi Mm.

Oratio

Da quæsumus, omnípotens Deus,
ut qui beatórum Mártyrum
tuórum Gordiáni, et Epímachi so-
lémnia cólimus, eórum apud te in-
tercessiónibus adjuvémur. Per Dó-
minum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Cap. 10, 17-20

Reddidit Deus justis mercédem
labórum suórum, et dedúxit
illos in via mirábili : et fuit illis in
velaménto diéi et in luce stellárum
per noctem. Tránstulit illos per mare
rubrum et transvéxit illos per aquam
nímiam. Inimícos autem illórum de-
mérsit in mare, et ab altitúdine in-
ferórum edúxit illos. Ideo justi tu-
lérunt spólia impiórum : et decanta-
vérunt, Dómine, nomen sanctum
tuum : et victrícem manum tuam
laudavérunt páriter, Dóminus Deus
noster.

Allelúja, allelúja. ¶ Ecce quam
bonum et quam jucundum habitáre
fratres in unum. Allelúja. ¶ Hæc

est vera fraternitas, quæ vicit mundi crímina: Christum secúta est, inclyta tenens regna cælestia. Allelúja.

† Sequentia sancti Evangélii secundum Lucam. **Luc. 9, 1-6**

In illo tempore: Convocatis Jesus duodecim Apóstolis, dedit illis virtutem et potestatē super omnia dæmonia; et ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei et sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuléritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habebatis: et in quamcumque domum intraveritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicumque non reciperint vos, exeūtes de civitate illa, etiam púlverem pedum vestrorum excūtite in testimoniū supra illos. Egrēssi autem circuibant per castellā evangelizantes et curantes ubique.

Offertorium Ps. 67, 37 Mirabilis

Deus in sanctis suis: Deus Israël, ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, allelúja, allelúja.

Secreta

Ωñera tibi, Dómine, nostræ devotionis offérimus: quæ et pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum; et nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dóminum.

Pro S. Antonino Secreta

ancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificant: ut dum eorum mérita recolimus, patrocínia sentiamus. (Per Dóminum).

Pro Ss. Mm. Gordiano et Epimacho Secreta

óstias tibi Dómine, beatorum Mártyrum tuorum Gordiáni et Epímachi dicatas méritis, benignus assúme: et ad perpétuum nobis trubue provenire subsídium. Per Dóminum.

Communio Joan. 15, 16 Ego elégi

vos de mundo, ut eáris, et fructum afferatis: et fructus vester máneat, allelúja.

Postcommunio

Præsta nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Alphio, Philadélpho et Cyrino: ut quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

Pro S. Antonino Postcommunio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut de percéptis munéribus grátias exhibentes, intercedente beato Antoníno, Confessore tuo atque Pontífice, beneficia potiora sumáns. (Per Dóminum).

Pro Ss. Mm. Gordiano et Epimacho Postcommunio

Quæsumus, omnípotens Deus: ut qui cælestia aliménta percépiamus, intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Gordiáno et Epímacho, per hæc contra omnia adversa muníamur. Per Dóminum.

DIE 12 MAJI

Ss. PANCRATII, NEREI, ACHILLEI ATQUE DOMITILLÆ VIRG., MARTYRUM

Missa ut in Missali eadem die, sed in Orationibus, nomen S. Pancratii præponatur nomini aliorum.

DIE 31 MAJI

B. M. V. MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM

Introitus Ps. 44, 13, 15-16

Vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis: adducéntur regi vírgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætitia et exsultatione. (T. P. Allelúja, allelúja). **Ps. Ibid.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. **℣.** Glória Patri.

Oratio

Deus, qui Genitricem dilécti Fílii tui Matrem nobis donásti : concéde propítius ; ut qui matérno ejus patrocínio tuémur in terris, ipsius felici consórtio perfruámur in cælis. Per eúmdem Dóminum nostrum Je-sum Christum.

Et fit Commemoratio S. Angelæ.

Oratio

Deus qui novum per beatam Angelam sacrarum vírginum collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti : da nobis, ejus intercessióne, angélicis móribus vivere ; ut, terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur ætérnis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio sanctæ Petronillæ, Virg., in Missis privatis tantum.

Oratio

Exáudi nos, Deus salutáris noster : ut, sicut de beatæ Petronillæ, Vírginis tuæ, festivitaté gaudémus ; ita piæ devotionis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Eccli. 24, 23-31

go quasi vitis fructificávi suavitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. In me grá-tia omnis viæ et veritatis : in me omnis spes vitæ et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel et favum. Memória mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esúrient : et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundé-tur, et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcident me, vitam ætérnam habébunt.

Temp. Pasch. Allelúja, allelúja.

Num. 17 Virga Jesse flóruit ; Virgo Deum et hominem génuit : pacem Deus réddidit ; in se reconcilians ima summis. Allelúja. **Luc. 1.** Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in muliéribus. Allelúja.

Extra Tempus Paschale.

Graduale Benedicta et venerabilis es, Virgo María ; quæ sine tactu pudoris, invénta es Mater Salvatóris. **v.** Virgo Dei Génitrix, quem totus non caput orbis, in tua se clausit víscera factus homo. Allelúja, allelúja. **v.** Post partum virgo inviolata permansi : Dei Génitrix, intercéde pro nobis. Allelúja.

Sequentia sancti Evangélii secundum Lucam. **Luc. 1, 26-38**

Tn illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitatem Galilææ cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingrüssus Angelus ad eam, dixit : Ave grátia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbata est in sermóne ejus, et cogitábat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne tímeas María, invenisti enim grátiam apud Deum ; ecce concípies in útero et páries filium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quónodo fiet istud, quóniam virum non cognósco ? Et respóndens Angelus dixit ei : Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altissimi obumbrábit tibi. Ideoque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Filius Dei. Et

ecce Elisabeth cognáta tua, et ipsa concépit filium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi quæ vocáatur stérilis : quia non erit impossíble apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancilla Dómini fiat mihi secúndum verbum tuum.

Credo.

Offertorium *Luc. 1, 28 Ave, María, grátia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in muliéribus : et benedictus fructus ventris tui. (T. P. Allelúja).*

Secreta

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam, atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitaté et pacem. Per Dóminum.

Pro S. Angela

Secreta

Hóstia, Dómine, quam tibi, beátæ Angelæ memóriam recoléntes, offérimus, et nostræ pravitatis véniā implóret, et grátiæ tuæ nobis dona concílet. (Per Dóminum nostrum).

Pro S. Petronilla

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum : quorum se méritis de tribulatióne percepisse cognoscit auxílium. Per Dóminum.

Præfatio de B. M. V. Et te in Festivitaté.

Communio Beáta víscera Mariæ Virginis quæ portavérunt ætérsi Patris Filium. (T. P. Allelúja).

Postcommunio

Sumptis, Dómine, salútis nostræ subsídiis : da, quæsumus beátæ Mariæ semper Virginis patrocíniis nos ubique prótegi ; in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus majestati. Per Dóminum.

Pro S. Angela

Postcommunio

Caelésti alimónia refécti, súpplices te Dómine, deprecámur : ut beátæ Angelæ précibus et exémplo, ab omni labe mundáti, et córpore tibi placeámus et mente. (Per Dóminum).

Pro S. Petronilla

Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : ejus, quæsumus, semper interventiōne nos réfove, cujus sollémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-stum.

FESTA JULII

DIE 15 JULII

B. POMPILII MARIÆ

PIRROTTI, CONF. ORDINIS NOSTRI
Missa Justus ut palma, **de Communi Conf. non Pont. 2 loco, cum Orationibus, ut infra.**

Oratio

Dómine Jesu Christe, vere humilitatis exemplar, qui beátum Pompílium Mariam imitatórem tui in erudiénda juventúte ac paupéribus evangelizándis gloriósum effecisti : præsta quæsumus : ut ejus vestigia sectántes, præmia consequámur ætérrna. Qui vivis et regnas.

Et fit Commemoratio S. Henrici.

Oratio

Deus, qui hodiéra die beátum Henricum, Confessórem tuum, e terréni culmine impérii ad regnum ætérrnum transtulísti : te súpplices exorámus ; ut, sicut illum, grátiæ tuæ ubertate prævénatum, illécebras sæculi superáre fecisti, ita nos fáciás, ejus imitatione mundi hujus blandiménta vitare, et ad te puris méntibus pervenire. Per Dóminum nostrum.

Secreta

Réspice quæsumus, Dómine, nostram propítius servitútem : ut méritis et intercessióne Beáti Pompílii Mariæ hac hóstia salutári júgiter tibi número et fide pópulus augeá-
tur. Per Dóminum.

Pro S. Henrico

Secreta

Laudis tibi, Dómine, hóstias im-
molámus in tuórum commemo-
ratioñe Sanctórum : quibus nos et
præsentibus éxui malis confidimus,
et futúris. Per Dóminum.

Postcommunio

Tuis, Dómine Jesu Christe, pasti
deliciis, quæsumus ; ut interce-
dente Beáto Pompílio María, te so-
lum præceptórem sapiéntiam præ-
stántem párvulis sequámur, et simus
in te unum, qui cum Patre et Spíritu
Sancto vivis et regnas Deus per
ómnia sæcula sæculórum.

Pro S. Henrico

Postcommunio

Refécti cibo potúque cælesti, Deus
noster, te súpplices exorámus :
ut in cujus hæc commemo-
ratioñe percépimus, ejus muniámur
et præcibus. Per Dóminum no-
strum.

DIE 27 JULII

S. PANTALEONIS MART.

TITUL. ECCLES. MATRIC.

ORDINIS NOSTRI.

Missa Lætabitur de Communi-
unius Mart. 4 loco, cum Orationi-
bis ut infra.

Oratio

eus, qui beátum Pantaleónem
Mártyrem tuum vária tormén-
ta superare fecisti, et pro persecu-
tóribus exoráre : concéde propítius ;
ut qui ejus implorámus auxílium,
misericórdiæ tuæ sentiámus efféctum.
Per Dóminum.

Secreta

Accépta sit in conspéctu tuo,
Dómine, nostra devótio : et ejus
nobis fiat supplicatióne salutáris, pro
cujus sollemnitáte defértur. Per Dó-
minum.

Postcommunio

Refécti participatióne múnneris sa-
cri, quæsumus, Dómine Deus
noster : ut cujus exséquimur cultum,
intercedénte beáto Pantaleóne Már-
tyre tuo, sentiámus efféctum. Per
Dóminum.

FESTA AUGUSTI**DIE 9 AUGUSTI**

Ss. JUSTI ET PASTORIS Mm.

Introitus Eccl. 44, 15 et 14

Sapiéntiam sanctórum narrent
pópuli, et laudes eórum nún-
tiet Ecclésia : nómina autem
eórum vivent in sæculum sæculi. **Ps.**
32, 1 Exsultáte, justi, in Dómino :
rectos decet collaudátió. **v.** Glória
Patri.

Oratio

Deus, lacténtium fides, spes infán-
tium, cáritas puerórum, qui per
innocéntum tuórum Justi et Pastoris
laudem cunctos próvocas ad salú-
tem : infúnde in nobis, quæsumus,
puritatém lacténtis infántiæ : ut dum
sensu justitiæ párvulis adæquámur,
in illa remuneratióne fidélium cum
Sanctis páriter gloriémur. Per Dó-
minum.

**Et fit Com. S Joannis Mariæ
Vianney, Conf.**

Oratio

Omnipotens et miséricors Deus,
qui sanctum Joánnem Mariám
pastoráli stúdio et jugi oratiónis ac
pænitentiæ ardóre mirábilem effeci-
sti : da, quæsumus ; ut, ejus exémplo
et intercessióne, ánimas fratrum lu-
crári Christo, et cum eis ætérnam

glóriam cónsequi valeámus. (Per eúndem Dóminum nostrum).

Deinde Commemoratio Vigiliae S. Laurentii.

Oratio

Adésto, Dómine, supplicatióibus nostris : et intercessióne beáti Lauréntii Mártiris tui, cuius prævenimus festivitátem, perpétuam nobis misericórdiam benignus impénde. (Per Dóminum).

Pro Commemoratione S. Romani, Martyris

Oratio

Fræsta, quæsumus omnípotens Deus, ut, intercedénte beáto Románo Mártire tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Cap. 5, 16-20

Justi autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum, et cogitatio illórum apud Altíssimum. Ideo accípient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini : quóniam dexterá sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos. Accípiet armatúram zelus illius, et armábit creatúram ad ultiórem inimicórum. Induet pro thoráce iustítiam, et accípiet pro gálea judícium certum. Sumet scutum inexpugnáabile, æquitátem.

Graduale Ps. 123, 7-8 Anima nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium. **¶** Láqueus contritus est, et nos liberáti sumus : adjutorium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum et terram.

Alleluja, alleluja. ¶ Ps. 67, 4 Justi epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei : et delecténtur in lètitia. Alleluja.

+ **S**equéntia sancti Evangélii secundum Matthæum.

Matth. 11, 24-30

In illo témpore : Respóndens Iesus, dixit : Confiteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapiéntibus, et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita Pater : quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui volúerit Filius reveláre. Veníte ad me omnes, qui laborátis, et oneráti estis, et ego reficiam vos. Tóllite jugum meum super vos, et díscite a me, quia mitis sum, et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est, et onus meum leve.

Offertorium Ps. 149, 5-6 Exsultábunt sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis : exaltatiónes Dei in fáucibus eórum, alleluja.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, nostræ votiōnis offérimus : quæ et protuórum tibi grata sint honore justorum, et nobis salutária, te misérante, reddántur. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Joanne Maria Secreta

Laudis tibi, Dómine, hóstias imolámus in tuórum commemoراتiōne Sanctórum : quibus nos et præsentibus éxui malis confidimus et futúris. (Per Dóminum).

Pro Vigilia Secreta

Eóstias, Dómine, quas tibi offérimus, propítius súscipe : et, intercedénte beáto Lauréntio Mártire tuo, víncula peccatórum nostrorum absólve. (Per Dóminum nostrum).

**Pro S. Romano
Secreta**

Qunéribus nostris, quæsumus Dómine, precibúsque suscéptis : et cælestibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum.

Communio Luc. 12, 4 Dico autem vobis amícis meis : Ne terreámini ab his qui vos persequuntur.

Postcommunio

Præsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Justo et Pastóre : ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

Pro S. Joanne Maria

Postcommunio

Refécti cibo potuque cælesti, Deus noster, te súpplices exorámus : ut, in cuius hæc commemoratione percépimus, ejus muniámur et précibus. (Per Dóminum).

Pro Vigilia

Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine, Deus noster : ut, sicut beati Lauréntii Mártyris tui commemoratione, temporáli gratulámur officio ; ita perpétuo lætémur aspéctu. (Per Dóminum).

Pro S. Romano

Postcommunio

Quæsumus, omnípotens Deus : ut, qui cælestia aliménta percépimus, intercedénte beato Románo Mártyre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

In fine Evangelium Vigiliae Si quis vult, ut in Missali

DIE 13 AUGUSTI

S. CASSIANI EP. ET MART.

Introitus

Dan. 3, 84 et 87



acerdótes Dei, benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde, laudáte Deum. **Ibid.**

57 Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sæcula. Glória Patri.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui hodiérana die beatum Cassiánum Pontíficem tuum, novo et acerbíssimo tormentórum génere cruciátum sublevásti ad cælum : concéde nobis fámulis tuis; ómnia mala pro Christo libénter toleráre, ut quem habúimus protectórem in terris, consórtem habére mereámur gloriósum in cælis. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Si hodie fuerit Sabbathum, Commemoratio Vigiliae anticipatæ Assumptionis, ut in Missali : et de ea legitur Evangelium in fine.

Postea Commemoratio S. Hippolyti.

Pro S. Hippolyto
Oratio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus : ut, intercedénte beato Hippolyto Mártyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore, et a pravis cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios. **2 Cor. 1, 3-7**

Eratres : Benedictus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra : ut possumus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónen, qua exhortámur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abúndant passiónes Christi in nobis ; ita et per Christum abúndat consolatió nostra. Sive autem tribulámur pro vestra exhortatióne et salúte, sive consolámur pro vestra consolatione, sive exhortámur

pro vestra exhortatione et salute, quae operatur tolerantiam earumdem passionum, quas et nos patimur : ut spes nostra firma sit pro vobis : scientes, quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolacionis : in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale Ps. 8, 6-7 Gloria et honore coronasti eum. ¶ Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

Alleluja, alleluja. ¶ Hic est Sacerdos quem coronavit Dominus. Alleluja.

+ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Matth. 10, 23-28

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israël, donec veniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus : et servo, sicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt ; quanto magis domesticos ejus ? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur ; et occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine : et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.

Offertorium Ps. 88, 21-22 Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

Secreta

Ωunera tibi, Domine, dicata sanctifica : et, intercedente

beato Cassiano, Martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Pro S. Hippolyto Secreta

Haccépta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio ; et ejus nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solemnitate defertur. Per Dominum.

Communio Ps. 20, 4 Posuisti Domine in capite ejus corónam de lápide pretioso.

Postcommunio

Hæc nos communio, Domine, purget a crímine : et, intercedente beato Cassiano Martyre tuo atque Pontifice, cælestis remédii faciat esse consortes. Per Dominum nostrum.

Pro S. Hippolyto Postcommunio

Refecti participatiōne muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster : ut cujus exsequimur cultum, intercedente beato Hippolyto Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

DIE 19 AUGUSTI S. THARSICII, ACOLYTHI MARTYRIS

Introitus

Ps. 72, 28 M ihi autem adhærere Deo bonum est : pónere in Domino Deo spem meam. **Ps. Ibid., 1** Quam bonus Israël Deus, his, qui recto sunt corde. ¶ Glòria Patri.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : ut sicut divina laudamus in sancti Tharsicci passione magnalia ; sic indulgentiam tuam piis ejus precibus assequamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio S. Joannis Eudes.

Oratio

eus, qui beátum Joánnem, Confessorem tuum, ad cultum sacrorum Córdium Jesu et Mariæ rite promovéndum mirabiliter inflammásti, et per eum novas in Ecclésia tua famílias congregáre voluísti: præsta, quæsumus; ut, cujus pia, mérita, venerámur, virtútum quoque instruámur exémplis. (Per eúmdem Dóminum).

Deinde Commemoratio Octavæ.

Oratio

Eamulórum tuórum, quæsumus Dómine, delictis ignósce: ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitícis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur: Qui tecum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Rom. 8, 35-39

ratres: Quis nos separábit a caritaté Christi? tribulálio? an angústia? an fames? an nuditás? an periculum? an persecútio? an gládios? Sicut scriptum est: quia propter te mortificámur tota die: æstimáti sumus sicut oves occisiōnis. Sed in his ómnibus superámus propter eum, qui diléxit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque ángeli, neque principátus, neque virtutes, neque instantia, neque futúra, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos separáre a caritaté Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale Ps. 83, 2-3 Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit et déficit ánima mea in átria Dómini. . Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vivum.

Allelúja, allelúja. **Ps. 29, 2** Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me: nec delectásti inimícos meos super me. Allelúja.

† Sequéntia sancti Evangélii secundum Joánnem.

Joann. 6, 56-59

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de cælo descéndit. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, et mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum.

Credo, ratione Octavæ.

Offertorium Sap. 3, 1, 2 et 3 Justórum ánime in manu Dei sunt: visi sunt oculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Secreta

nténde, Dómine, múnera, quæsumus, altáris tui pro sancti Tharsíci Mártyris commemoratiōne propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illi glóriam contulisti, nobis indulgentiam largiáris. Per Dóminum.

**Pro S. Joanne Eudes
Secreta**

Laudis tibi, Dómine, hóstias imolámus, in tuórum commemoratiōne Sanctórum: quibus et præsentibus éxui malis confidimus et futuris. (Per Dóminum).

Deinde Commemoratio Octavæ

Secreta

Subvéniat, Dómine, plebi tuæ Dei Genitícis orálio: quam etsi pro conditiōne carnis migrásse cognósci-

mus, in cælesti glòria apud te pro nobis intercédere sentiámus. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de B. Maria Et te in Assumptione.

Communio Joann. 6, 59 Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.

Postcommunio

it nobis, quæsumus Dómine, cibus sacer potúsque salutáris : qui, intercedénte sancto Tharsício Mártyre tuo, et temporálem vitam muniát, et præstet æternam. Per Dóminum.

Pro S. Joanne Eudes

Postcommunio

Refécti cibo potúque cælesti, Deus noster, te sùpplices exorámus : ut, in cuius hæc commemoratiónē percépimus, ejus muniámur et præcibus. (Per Dóminum).

Deinde Commemoratio Octavæ

Postcommunio

Densæ cælestis partícipes effécti, implorámus cleméntiam tuam, Dómine Deus noster: ut, qui Assumptiónem Dei Genitricis cólimus, a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per eúmdem Dóminum.

DIE 27 AUGUSTI

SOLEMNITAS S. P. N. JOSEPHI CALASANCTII CONF.,

FUNDATORIS ORDINIS NOSTRI

Missa ut in Missali eadem die,
Et dicitur Credo et per Octavam.

FESTUM SEPTEMBRIS

DIE 12 SEPTEMBRIS

SOLEMNITAS SSMI NOMINIS

B. M. V. PATRON. PRINCIP. ORDIN. SCHOLARUM PIARUM

Missa ut in Missali eadem die.

FESTA OCTOBRIS

DIE 9 OCTOBRIS

B. JOANNIS LEONARDI

CONFESSORIS

Missa ut in fine Missalis, pro aliquibus locis.

Et fit Commemoratio Ss. Dionysii etc. Mm. ut in Missali eadem die.

DIE 30 OCTOBRIS

S. GERARDI A PORTA

EP. ET CONF.

Missa Sacerdótes, **de Communi Conf. Pont. 2 loco, cum Orationibus ut infra.**

Oratio

Tríbue nobis, quæsumus, Dómine singulárem beáti Gerárdi Confessóris tui atque Pontíficis humilitátem et caritátem imitári : ut, qui illius præclára mérita celebrámus in terris, ejus quoque consórtio pérfrui mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Si hodie fuerit Sabbatum, Commemoratio Vigiliæ anticipatæ Omnis Sanctorum : et de ea legitur Evangelium in fine juxta Rubricas.

Secreta

Sancti Gerárdi Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus Dómine ánnua solémnitas pietati tuæ nos reddat accéptos : ut per hæc piæ placatiónis officia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis gratiæ tuæ dona concílet. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

Ieus, fidélium remunerátor animarum, præsta : ut beáti Gerárdi Confessóris tui atque Pontíficis, cuius venerándam celebrámus festivitatē, præcibus indulgentiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

FESTA NOVEMBRIS

DIE 5 NOVEMBRIS

SACRARUM RELIQUIARUM

QUÆ IN NOSTRIS ECCL. ASSERVANTUR

Missa ut in fine Missalis, eadem
die, pro aliquibus locis.

DIE 27 NOVEMBRIS

PATROCINUM S. P. N.
JOSEPHI CALASANCTII

CONFESSORIS

Missa ut in Missali die 27 Au
gusti.

Et dicitur Credo.

